



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de**

**Antverpiae, 1610**

Ampliss[i]mo Nobilissimoq. D. Nicolao Damantio Eqviti Avrato Svpremi  
Senatvs Brabantiae Cancellario Et Serenissimis Archidvcibvs A Consilio  
Statvs Nec Non Nobilibvs Ac Prvdentibvs Eivsdem Senatvs ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)



AMPLISS.<sup>mo</sup> NOBILISSIMOQ.

D. NICOLA O DAMANTIO  
EQVITI AVRATO  
SVPREMI SENATVS BRABANTIAE CANCELLARIO  
ET SERENISSIMIS ARCHIDVCIBVS  
A CONSILIO STATVS  
NEC NON  
NOBILIBVS AC PRVDENTIBVS EIVSDEM  
SENATVS BRABANTIAE CONSILIARIIS.

IOANNI VAN MAELCOTE  
STEPHANO VAN CRAESBEKE  
IOANNI BAPTISTAE MASIO Confil.&  
Aduocat.Fisc.  
GVILIELMO D'ASSELERS  
PHILIPPO VVESELS  
GREGORIO D'AYALA  
NICOLA O VANDEN BRANDE  
CAROLO DE BOVRGEOIS

IACOBO CANIS  
FOLCARDO VAN ACHELEN  
IANO FERDIMONDO DE BERTI  
THEODORO DE FOVRNEAV  
NICOLA O DE VVEERDT  
IACOBO VAN TSESTICH  
IOHANNI VAN PEDE  
ANTONIO DE GOTTINGNIES.

**P**OSTQVAM huic operi supremam manum admouissem, AM-  
PLISS.<sup>me</sup> CANCELLARIE, SENATORES PRVDENTISS.<sup>mi</sup>  
haud diu multūque cogitavi, cui has ingenij mei primitias con-  
secrarem. Neque enim rationi consonum mihi visum, DIDAC-  
CVM COVARRVVIAM, vnicum Practicæ Iustitiæ Atlan-  
tem, modò notis quibusdam, & Brabantia consuetudinibus  
per me, licet exigua, at non contemnendâ sui parte, illustratum, ad alios deferri,  
quàm ad eos, penes quos Iustitiæ in Brabantia stat summa; adeoque ad primam  
Themidos aream, in qua (vt Philonis illud vsurpem) INCORRVTIBILIS  
PRVDENTIA INCORRVTIBILEM HABITAT DOMVM. Ad quod me  
etiam incitauit Consanguineorum Affiniumque in eodem Senatu nuperus ac  
præfens confessus, qui velut quibusdam me vinculis constringunt, vt aliquod  
mei cultus debiti que obsequij specimen edam. Verùm cum opellam hanc  
meam intra pauculos menses properante prælo conceptam, auspiciis Ampli-  
t.  
VV. publicâ) uissem, non semel in mentem mihi venit sub-  
etæ am exiguis adesse rebus  
tūm Iurispru-

dentia Maiestas ( cuius vos Mystas & Sacerdotes veneror ) vt aures Beneuo-  
lentia vestra aucuparer, qui si non iis ingenij dotibus instructus sim quæ ad ex-  
ornandam hanc Spartam videntur requiri, eâ tamen fiducia in hanc arenam  
descendi, vt cæteros insuper Belgas exemplo hoc prouocarem ad ingenij sui  
foetus maturiores in lucem producendos, quibus æuiternum Belgicæ eruditio-  
nis trophæum aliquando apud posteros statuunt; quòd tùm potissimùm euenit,  
cùm labori præmium, virtuti gloria reponitur: nec in obscuro delitescunt, quos  
ad altius honoris fastigiũ eruditio virtusq; emeritos euehit. Quòd igitur super-  
est, **AMPLISS.<sup>m</sup> CANCELLARIE, SENATORES PRUDENTISS.<sup>m</sup>** quicquid  
in hoc opere à me fuerit desudatũ, vestro honori lubens deuoueo: vos illud, &  
eum qui defert sereno vultu, quo hæc talia soletis, aspiciate: sincero adfectu, quo  
hæc talia soletis, approbate: quòd si sensero, satis magnum laboris mei fructum  
me consecutum agnoscam beneficio earundem Amplit. **VV.** quas bonorum  
largitor Deus sospitet vel in æuum, Patriæ bono. Antuerpiæ prid. Kalend.  
April. **CL. Ioc. x.**

Obsequio Amplit. **VV.** deuotus

**IOANNES VAN VFFELE.**

